

Sallust, Coniuratio Catilinae (Die Verschwörung des Catilina) 58, 1-12

Aus Catilinas Rede vor seinen Anhängern

Kurz vor der entscheidenden Schlacht in Etrurien mahnt Catilina seine Mitkämpfer zur Entschlossenheit.

Dieser Textauszug ist Teil des Lektüreprojekts [Flucht, Exil und Asyl im antiken Rom](#).

Text	Übersetzungshilfen und Erläuterungen
58.1. Conpertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuom neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri.	conpertum habere: wissen, in Erfahrung gebracht haben strenuom = strenuum; strenuus: eifrig, entschlossen
58.2. Quanta quouisque animo audacia natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet. quem neque gloria neque pericula excitant, nequiquam hortere: timor animi auribus officit. 58.3 Sed ego vos, quo pauca monerem, advocavi, simul uti causam mei consili aperirem.	quouis = cuius patere: sich zeigen quem: Zu diesem Relativpronomen muss man sich an den Satzanfang ein Bezugswort wie 'virum' hinzudenken hortere = horteris simul uti: damit
58.4 Scitis equidem, milites, socordia atque ignavia Lentuli quantam ipsi nobisque cladem adtulerit, quoque modo, dum ex urbe praesidia operior, in Galliam proficisci nequiverim.	socordia: die Unentschiedenheit Lentulus: P. Cornelius Lentulus Sura, einer der Mitverschwörer. Er war im Jahr 63 Prätor und war nach dem Auszug des Catilina der Vertreter der Verschwörung in Rom. Er wurde noch während seiner Prätur hingerichtet. operior: warten nequivi ist Perfekt von nequio: nicht können



Text	Übersetzungshilfen und Erläuterungen
<p>58.5 Nunc vero quo loco res nostrae sint, iuxta mecum omnes intellegitis.</p> <p>58.6 Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter a Gallia obstant; diutius in his locis esse, si maxume animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet.</p>	<p>iuxta mecum: so wie ich si (hier): auch wenn animus (nos) fert: wir möchten gerne, wir dringen darauf</p>
<p>58.7 Quocumque ire placet, ferro iter aperiundum est.</p> <p>58.8 Quapropter vos moneo, uti forti atque parato animo sitis et, cum proelium inibitis, memineritis vos divitias, decus, gloriam, praeterea libertatem atque patriam in dextris vestris portare.</p>	<p>uti = ut voster = vester</p>
<p>58.9 Si vincimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus abunde, municipia atque coloniae patebunt; 58.10 si metu cesserimus, eadem illa advorsa fient: neque locus neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint.</p>	<p>commeatus: Lebensmittel abunde: im Überfluss advorsa (=adversa): das Gegenteil</p>
<p>58.11 Praeterea, milites, non eadem nobis et illis necessitudo inpendet: nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus, illis supervacaneum est pugnare pro potentia paucorum.</p> <p>58.12 Quo audacius aggredimini memores pristinae virtutis!</p>	<p>certare: kämpfen supervacaneum: überflüssig quo: um so</p>



Text	Übersetzungshilfen und Erläuterungen
<p>58.13. Licuit vobis cum summa turpitudine in exilio aetatem agere, potuistis nonnulli Romae amissis bonis alienas opes exspectare: 58.14. quia illa foeda atque intoleranda viris videbantur, haec sequi decrevistis.</p> <p>58.15. Si haec relinquere voltis, audacia opus est; nemo nisi victor pace bellum mutavit.</p>	<p>licuit / potuistis: Die lateinische Sprache wählt bei vergangenen und nicht gewählten Möglichkeiten die logische Lösung und zieht daher den Indikativ vor: ihr konntet (aber habt es nicht gemacht). Das Deutsche verwendet den Konjunktiv Irrealis: ihr hättet können.</p> <p>foedus: hässlich, schlimm voltis = vultis</p>
<p>58.16. Nam in fuga salutem sperare, quom arma, quibus corpus tegitur, ab hostibus avorteris, ea vero dementia est.</p> <p>58.17. Semper in proelio iis maxumum est periculum, qui maxume timent; audacia pro muro habetur.</p>	<p>quom = cum avortere = avertere: abwenden</p>

Interpretationsaufgaben

1. Stellen Sie die Argumente, mit denen Catilina seine Mitkämpfer anzustacheln sucht, in einer Liste zusammen.
2. Suchen Sie die Schlüsselwörter heraus, mit denen Catilina die von ihm verteidigten Werte bezeichnet.
3. Untersuchen Sie das Bild des Exils, das Catilina in 58.13 entwirft, und vergleichen Sie dieses Bild mit Caesars Darstellung des Exils in [Coniuratio Catilinae 51.37-43](#).